Sexta beatitudo est mundicia cordis et sequitur immediate misericordiam. quod qui opera misericordie exercet. nisi hoc mundo et simplici corde fecerit. mercede eterna se privat. Unde beatus ambrosius. **Q**ui misericordiam differt misericordiam amittit. nisi mundo corde mereatur. nam si iactantiam querit. nullus est fructus. Unde sequitur. **B**eati mundo corde. **M**undicia vero cordis est integritas vtriusque hominis. diuini amoris intuitu seruata. qua clarificatur cor et mundatur ad videndum deum et ardentissime diligendum. Unde raba. super illo verbo **B**eati mundo corde sic ait. **A**udi corde sunt. quos non arguit vlla conscientia peccati. Unde mundus deus mundus

de corde respiciatur. et templum dei non potest esse pollutum. deum enim mundi corde videntur hic per gratiam in emigra. in futuro autem facie ad faciem. lxx raba. **N**ecessario est ergo qui deum videre desiderat ut oculos cordis ab omni squalore peccati tergant. Unde leo papa. **P**lenam deum veri luminis sordens acies videre non poterit. et quod erit iocunditas mentibus mundis. hoc erit pena maculosis. **D**eclinent ergo terrenarum caliginem variatum. et ab omni squalore iniquitatis interioribus oculis tergantur ut serenius intuitus tanta dei visione pascantur. lxx leo papa. **Q**uanto magis unusquisque a malis operibus se abstraxerit et iustitiam dilexerit ac bona opera fecerit. tanto amplius secundum possibilitatem humanarum mentium oculis videbitur. **D**e hoc crisostomus. sic dicit. **Q**ui omnem iustitiam facit et cogitat. mente sua deum videt. quam iustitia figura dei est. **U**is enim iustitia est. secundum ergo quod aliquis corripuerit se a malis et fecerit bona. secundum hoc videt deum. aut parum aut amplius aut interdum aut semper secundum possibilitatem humanam. in seculo autem illo tantum de corde deum videbunt non in speculo sed facie ad faciem. lxx crisostomus. **U**nde mus ergo nos non solum ab operibus prauis. verum etiam a cogitationibus immundis ut deum videre mereamur in celis. **Q**uia secundum quod dicit richardus. de sancto viatore. **U**ndi sunt illi corde. qui nec polluuntur pollutione inuicis cogitationibus. nec luto fedantur prauae delectationis. **U**ndi corde sunt. quos nec tergit nebula terre ignorantie. nec corrumpit ardor fidei cupiditatis. **U**ndemus ergo corda nostra ab omni ignorantia per inquisitionem veritatis. et ab omni praua cupiditatis per amorem virtutis. ut mereamur deum videre in gloria regni celestis. lxx richardus.

De pace.

Capitulum XXI.

et

Septima beatitu

do est pax. que sequitur immedi-
ate post mundiciam cordis. q2 purgato
corde ab omnibus passionibus vitiorum et
carnalium delectationum ac immundarum
affectuum incipit homo pacem interiorum
et tranquillitatem mentis possidere
Uñ beatus ambrosius. Cum interiora tua
vacua feceris ab omni labe peccati. ne
dissentones prentonesque ex affectu tuo
pdeant. a te pacem incipis ac si pacem
alios feras. Uñ sequitur. beati pacifici.
Et notandum quod pax est status virtutis
in quo est delectatio in deo sine tradi-
tione carnis. mundi. et dyaboli. De
hac pace dicit Leo papa. Vera pax est a
deivoluntate non diuidi. et in his que
solius dei sunt delectari. Pacifici autem
in iero. bene dicuntur illi qui puri sunt
in corde suo. deinde inter fratres dissiden-
tes faciunt pacem. Quid enim predest alius
per te pacificari cum in tua anima sint bella
vitiolorum. hxc ihero. Et sciendum quod pacifi-
cis magis attribuit esse filios dei quod ce-
teris. q2 licet magna maxime assimilet
hominem deo quantum ad opera exteriora.
tamen quantum ad interiora magis assimi-
lat deo pax. Uñ hilarius. Pacificorum
beatitudo adoptionis est merces. et ideo
dicitur quod filii dei vocabuntur. Parens enim
omnis deus vnus est. neque enim transire
aliter in nuncupationem familie eius li-
cebit nisi fraternam inuicem pace viuam
mus. hxc hilarius. Et sicut dei filii vocan-
tur qui pacem diligunt. sic vocantur fi-
lii dyaboli qui discordiam querunt. Uñ
beatus gregorius. Sicut vocantur filii dei qui
pacem faciunt. ita peccudubio sathane
filii sunt qui pacis discordiam confundunt.
Qui vult ergo christum suscipere in sui cor-
dis hospitium pacem diligat. et inuidiam

que pacis inimica est a se repellat. q2 si
cut in cordibus pacificis christus requiesce-
re cupit. sic inuidiosos et inquietos omnibus
modis execrat. De talibus etiam pacifi-
cis et inuidiosis abbas effrem sic dicit. Qui
amplectitur pacem in mentis sue hospicio
mansione prepat christo. q2 christus pax est et
in pace quiescere cupit. vix autem inui-
dus omnibus modis execrat. Vir pacifi-
cus in tranquillitate est spiritus. inuidus autem
similis est navi cum iactat fluctibus. ho-
mo pacificus securam possidet mentem. in-
uidus autem in pruritione est spiritus. Qui se-
crat pacem tutus est vndique ac munitus
inuidus ut lupus rapax insamat. homo pa-
cificus est quasi vitis dans fructum copiosum
se. inuidi autem opus in egestate et mise-
ria detinet. Et quantum pacificus gau-
dens in domino letatur. tantum inuidens rabe-
scens ad nihilum redigitur. Ex abundantia
leticie pacificus homo dinoscitur ex vul-
tu madido furore pleno inuidus mon-
stratur. Pacificus homo portum angelorum
merebit. inuidus autem princeps demonum
efficit. Et sicut pax secreta mentis illu-
minat. ita inuidia occulta cordis obce-
cat. pax enim effugatur et pruritur oem dis-
cordiam. inuidia autem iracundiam cumulat.
Secrare ergo filii desiderabile nomen
pacis ut fructus pacis acquirere possis.
et execrare inuidiam ne malorum fructibus
replearis. hxc effrem abbas. Quisquis
ergo desiderat esse de numero filiorum
dei necesse est ut pervitiolorum ac malorum cogi-
tationum expulsionem cordis pacem ac tran-
quillitatem in se preseruet et custodiat. ac
proximis suis sibi aduersantibus se paci-
ficum et benignum exhibeat ut hereditatem fi-
liis dei promissam possidere valeat. De
hominibus pacificis richardus de scovicto. sic
dicit. Pacifici sunt qui in semetipsis pacem
facere et custodire volunt. quod vitia aduer-
santia subiungant. adutes erigunt. et quic-
quid in se puerse cogitationis locutionis
J. iij.

opisue deprehendunt. prudenter et potenter expellunt. nec aliquid perturbatis in regno sue dominationis permittunt. et si quid aduersitatis ei acciderit. pacem tamen suam seruant. et circa cum cordis sui tranquillitate iudicant. pacifici sunt. qui cum a malis eis inferunt mala. mala minime retribuunt. sed cum his qui oderunt pacem sunt pacifici. pacifici sunt. qui non in se tantum pacem custodiunt. verum etiam alios discordantes ad unitatem pacis reducunt. isti filii dei vocabuntur. quia deus summa pax est et omnia cum tranquillitate iudicant. filii dei fratres christi isti sunt filii per gratiam. christus filius per naturam. heredes dei coheredes autem christi. hec richardus.

De persecutione Ca. XXII. et

Octava beatitudinis

est persecutio persecutoris propter iusticiam et immediate sequitur pacem. quia habita pace et tranquillitate cordis. post victoriam virorum et carnalium delectationibus habitio est homo. et expeditio ad suscipiendas persecuciones a proximis illatas. nam cor bene purgatum a cupiditate reprobis et ambitione mundialis dignitatum non valde perturbatur. si a pueris hominibus tam in damno reprobis quam etiam in verbis presumptuosius iniuria patitur. quia qui gloriam mundi non querit nec presumptuosius meliam primescit et ideo persecutionem patienter sustinet propter iusticiam. Et notandum quod quicquid fidelis propter fidem christi ab infidelibus nunc nullam persecutionem patitur. tamen si aliquis propter veritatem et iusticiam etiam a suis aliquid patitur mercede martirij non priuabitur. De hoc dicit crisostomus. super mattheum Non dixit saluator beati qui a gentibus persecutionem patiuntur. ne putes illum solum beatum qui persecutionem patitur ab extraneis Sed et si quis ex potentibus qui christiani videntur. qui propter peccata sua a se for-

sitan correptus fuerit. et re persecutus leuatus est cum iohanne baptista Si enim verum est quod probere martires sunt qui a suis sunt occisi. sine dubio qui propter causam dei aliquid patitur etiam a suis mercedem martirij habet. Et ideo non posuit scriptura personas persecutorum. sed solum causam persecutionis. ut non aspicias quos te persequatur sed propter quid. hec crisostomus.

Considerandum etiam quod multi patiuntur persecutionem mali. propter culpam boni propter iusticiam. omnes enim qui pie volunt vivere in christo persecutiones patiuntur. Unde sustinentibus persecutiones vel quolibet aduersa necessaria est patientia. ne premium perdat glorie eterne. Unde richardus de sancto victore. Multi patiuntur aliquid propter persecutores sed aliquid propter culpam aliquid propter iusticiam boni. latro suspenditur propter culpam iustus non potest suspendi nisi propter iusticiam Sed diceret aliquis nequomo potest mori propter persecutiones astringere beatitudinem. quia nunc in pace consistunt omnia et sancta ecclesia fere de nulla parte patitur aduersa. Et ego dico quia ubique persecutiones sunt quod quotidie in penetralibus sancte ecclesie persequitur. cayn abel. ysaac. esau iacob. id est impius iustus. et si quis persecutionem non patitur ab extraneis tamen patitur a falsis fratribus. omnes enim qui pie vivere volunt in christo persecutionem patiuntur. quia igitur non cessant persecutiones. patientia nobis necessaria est. ut repromissiones per martirij reportemus. Ne autem his qui patientiam. quia perdunt patientie coronam. non ergo murmuremus. si in paucis vexemur. quia in multis bene disponemus. igitur per pauperitatem spiritus attritionis ad regnum celorum. per mansuetudinem siue lenitatem ad terram viventium. per letum ad veram consolationem per iusticie firmitatem et esuriam ad superne iocunditatis facietatem per miscelam temporum

liter factam ad misericordiam eternā
 per cordis mundiciā ad deivisionem
 per pacem ad dei filiatōez. per pñtem
 persecutōnem ad eternā celestis regni
 tranquillitatē. Beati ergo qui persecu-
 tionem patiunt ppter iusticiam qm ip-
 sorū est regnū celoz. lxx richar. de scō
 victo. An octo sunt beatitudines quā-
 rum ad essentiā vt supradictū est. sed
 tm̄ septem quantū ad distinctōez gra-
 duū. qm̄ supra pacē non est virtus alia
 Dicit etiā beatus aug. Pax est finis et
 summario omniū virtutū. Octava
 etiam redire dicit ad caput duobus mo-
 dis. Primo qz idem premiū sibi pro-
 mittit qd̄ prime beatitudinī. s. regnū
 celoz. Secūdo qz omnes pbat ab vlti-
 ma vsqz ad primam vtz vere sint. Un-
 de dicit beatus grego. Qualis vnusqz
 qz apud se lateat illata p̄melia. pbat
 Et notandū qz habitus virtu-
 tum cardinaliūz p̄ncipaliter dispo-
 nunt ad exercitiū vite actiue. Habi-
 tus vero donoz disponunt maxime ad
 actus vite p̄templatiue. habitus autē
 beatitudinū disponunt ad p̄fectōnem
 vtriusqz. Ex his igit colligere possu-
 mus qz beatitudines habent efficaciaz
 ad mundandū et purgandū cor hōis.
 vt eo p̄fectius ad p̄mia beatis repro-
 missa valeat peruenire. Sed et hoc p̄si-
 terandū qz beatitudines p̄gruunt ope-
 rationibz septiformis gr̄e spūs sancti.
 Qd̄ affirmat beatus augu. sic dicens.
 His enim septē gradibz p̄gruit septi-
 formis operatio spūs sancti. quam ysa-
 ias describit. sed ille a summo. hic ab
 ymo. qz ibi vocat filius dei ad yma de-
 scensus. hic homo de ymis ad simi-
 litudinē dei ascensus. In his prima
 est timor qui p̄gruit humilibz. de qui-
 bus dicit beati pauperes spūs. i. non alta
 sapientes sed timētes. Secunda pie-
 tas que p̄uenit mitibus. qui enim pie-

querit deus honorat. non rep̄elendū
 non resistit. quod est mite fieri Tercia
 est scientia que p̄uenit lugentibus qui
 didicerūt quibz malis nūc vincti sint.
 que quasi bona petierunt. Quarta est
 fortitudo que p̄uenit esurientibz et siti-
 entibz. qz desiderantes gaudium de ve-
 ris bonis laborant fortiter a terrenis
 cupientes auerti. Quinta est p̄silium.
 quod p̄uenit misericordiibz. qz vnicuiqz
 remediū est de tātis malis cui dimittit
 tere alijs et dare. Sexta est intellectus.
 que p̄uenit mundis corde qui purgato
 oculo possunt videre qd̄ oculus nō vi-
 dit. et. Septima est sapia que p̄uenit
 pacificis in quibz nullus motus est re-
 bellis sed obtempat se spūs sancto. lxx
 aug. Et lxx de beatitudinibz.

Filius.

Habita iam informatōne de beati-
 tudinibz. nunc de septem sacra-
 mentis et maxime de sacramento euca-
 ristie cupio et desidero a te o pater eto
 ceri.

Ca. XXIII. Pater

Sire debes qd̄
 facta noue legis sunt. vij. fm̄
 diuersitatē hōim in eccia ex̄stitū. Pri-
 mū est intrantiū. s. baptisimus. secun-
 dum pugnantiū. s. p̄firmatio. terciū
 vires resumentū vt eucaristia. quartū
 resurgentium vt penitentia. quintū ex-
 euntiū vt extrema vinctio. sextum mi-
 nistrantiū vt ordo. septimū nouos mi-
 lites introducentū vt matrimonium.
 Hec sacramenta legis gratie xp̄us in-
 stituit tanqz noue legis latoz. In q̄uo
 cauit ad p̄mia. dedit p̄cepta. institu-
 it facta. xp̄s em̄ est verbū patris Et cū
 ipse sit summe virtutis. summe verita-
 tis et summe bonitatis. rōe bonitatis
 p̄misit p̄mia beatificantia. rōe veri-
 tatis dedit p̄cepta dirigentia. ratōe
 J. iij.

virtutis instituit sacramenta adiuan-
tia. ut sic p̄ facta reparet̄ et p̄ implēda
p̄cepta pueniat̄ ad p̄mia. Instituit aut̄
x̄p̄s facta in v̄bis et elemētis ut ait au-
gust. Accedit inquit v̄bū ad elemētū
et fit factū Sacramētū v̄o ut ait idē
aug. Est inuisibilis gratie visibilis for-
ma. Et notandū q̄ effectus factōz no-
ue legis est multiplex. Primo a pctō
mundāt. sc̄do in bono p̄firmāt. tercio
corp̄i m̄stico incorpant. quarto iustifi-
cant. quinto ad futuraz vitā p̄parant.
sexto erudiendo illumināt. septimo a
malo p̄seruāt. ista patēt in sacramētis
p̄ ordinē. naz primū op̄a baptismus
secundū p̄firmatio. terciū eucharistia
quartum penitētia. quintuz extrema
v̄nctio. sextū ordo. septimū matrimo-
nium. Considerandū etiā q̄ hęc sacra-
menta disponunt ad septē v̄tutes habē-
ndas. et ordinant̄ p̄tra triplicē cul-
pam. et p̄tra quadruplicem penaz. De
hoc thomas de aq̄no sic d̄t. Numerus
sacramētōz p̄t accipi p̄ quandā adap-
tationē ad v̄tutes et ad defectus culpa-
rum et penalitatū. Sic q̄ fidei respon-
det baptismus. et ordinat̄ p̄tra culpā
originalē. Sp̄i extremav̄nctio. et or-
dinat̄ p̄tra culpam venialem. Caritati
eucharistia et ordinat̄ p̄tra malicie pe-
nalitatez. Prudentie ordo. et ordinat̄
p̄tra ignorantiam. Iusticie p̄mia et or-
dinat̄ p̄tra peccatū mortale. Temperan-
tie matrimoniū et ordinat̄ p̄tra p̄cupis-
cētiā. Fortitudinē p̄firmatio. et ordina-
tur p̄tra infirmitatē. hęc thomas Sed
et hoc notandū q̄ introitus ad regnuz
celoz clausus fuit. p̄pter p̄uaricatōez
primi hoīs. sed p̄ x̄pi passiones celum
iterum fuit resecratum. nūc vero pctm̄
originale vel actiuale multis manet
clausum et ideo sacramenta sunt neces-
saria et clauēs ecclesie. per que tollunt̄
peccata. que impediunt introitū regni

celestis. Quod affirmat thomas de a-
quino sic dicens. **R** Sciendum
q̄ ostium celi quantum est de se semp̄
est apertum. sed alicui clausum dicit̄
p̄pter impedimentum intrandi. quod
in ipso est. impedimentum aut̄ totius
hūane nature ex peccato primi homi-
nis p̄secutum p̄ passionem secundi ho-
minis amotum est. Et ideo iohannes
post passionē vidit in celo hostiuz aper-
tum sed adhuc quotidie alicui manet
clausum p̄pter peccatum originale qd̄
p̄trahit vel actuale qd̄ p̄mittit et p̄pter
hoc indigemus sacramentis et clauibz
ecclesie. hęc thomas. Unde sciendum
q̄ septem ecclesie sacramenta septem
remedia sunt. per que homo quodam
modo creaturā regenerat̄ fouet et nut̄-
trit. inter que tamen quodam excellē-
tiori modo diuini amoris radius ac
celestis gratie quidam fluminis deuot̄
tas animas feliciter incendens et sua-
uiter inebrians de sacramento eucha-
ristie noscitur peculiariter emanare.
nam inter omnia indicia amoris nihil
est quod a deo totum sibi rapiat animū
diligentis sicut dilecti desiderata p̄-
tia. que ceteris oibz antefertur. Unde
eucharistia est sacramentum caritatis
tā diuine q̄ nostre qz deus in hoc factō
magne dilectionis none signū ostēdit
et nostre dilectionis affectum p̄ idem
sacramentuz sp̄ualiter et specialiter er-
ga se inflammatur. Et notandū super
oīa ac p̄supponendū est certissimē vera-
citer et sine omni dubitatione q̄ in hoc
factō p̄tinet v̄p̄ corpus x̄pi deus et ho-
mo cū corpe et aīa in carne et sanguine
sicut tunc p̄d̄t ex v̄tero virginis et in
cruce p̄pēdit ac se tet̄ ad dexterā p̄is.
hoc affirmat beatus augu. sic dicens.
Hoc accipite in pane quod p̄pendit
in cruce. Et hoc accipite i calice quod
effusum est de christi latere. in ipsa

carne hic ambulavit. et ipse carnes ad manducandum nobis ad salutem dedit. Idem sentit beatus ambrosius. sic dicens. Panem istum quem sumimus in misterio. ubique illum intelligo qui manu sancti spiritus formatus est in utero virginis et igne passionis decoctus in ara crucis. panis enim angelorum factus est cibus hominum. Dicit etiam de hoc damascenus. quod in altari videtur species est panis et vini. quod autem sub specie illa credimus esse corpus et sanguis christi quod in ara pendit et quod fluxit de latere filii hominis. hoc damascenus.

Considerandum etiam quod sub specie panis est corpus christi per conversionem et sanguis per conjunctionem et a se per communionem. et deitas per unionem. Ita enim quatuor non possunt dividi nec ab invicem separari. Eodem modo dicendum est de sanguine. et sub utraque specie christi totus constituitur. Unde thomas de aquino. **F**acta consecratione panis ibi est corpus christi ex vi sacramenti et sanguis ex reali concommunionem. sed postmodum per vini consecrationem fit ibi conversio sanguis ex vi sacramenti. corpus autem christi ex reali concommunionem. ita quod totus christus est sub utraque specie. hoc thomas. propter inseparabilitatem sanguinis a glorioso corpore christi secundum albertum.

Sed et hoc notandum quod convenit deo esse ubique simpliciter et proprie. Creature vero convenit esse in uno loco tantum. Corpus christi medio se habet. Cum enim sit creatura non debet coequari creatori in eo quod fit ubique. cum vero sit unitum divinitati debet in hoc excellere alia corpora. ut simul et semel in locis pluribus possit esse. scilicet sub isto sacramento. Unde quilibet fidelis et maxime qui es religiosus cur ad reverendum altare accedis facere dei tui corpus et sanguinem fidei oculis respice sic videtur ut certissime et sine omni hesitatione toto corde credas et ore profitearis. scilicet quod illa hostia consecrata sit verus dei filii

us ex virgine natus. qui mortuus est et resurrexit inter vivos et mortuos. ut sis de numero illorum qui sunt veri iudei non in lege sed spiritu. non secundum carnem sed secundum permissionem. induitur professione cordis et oris sicut vestimento. ut omnia interiora tua eum esse dominum profiteantur. Deinde cum reverentia debita et honore precipuo occurrere deo tuo et devotione quamdam humiliter mirare quod tantus dominus ad tantillum servum. et tanta maiestas ad miserrimum vermiculum et ad vilem peccatorem dignatur venire et dicere cum metu et reverentia. Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum. sed permissus de tanta pietate tua et clementia accedo infirmus ad medicum vite. sitiens ad fontes misericordie. egenus ad dominum celi et terre. ovis ad pastorem. figmentum ad suum factorem. creatura ad suum creatorem. desolatus ad piissimum consolatorem et liberatorem.

Postea ardentissimo desiderio manu cordis haustu interiori tantum preclaram christi suscipere corpus eius presentia dulcissima quam plurimum delectatus. Ut autem tam excellentis boni vis faciem corporis christi unusquisque sacerdos in salutem anime et corporis sui offerre et suscipere valeat necesse est ut ad sumendum illud per contritionem et cordis devotionem se prepararet et aptet.

Unde dicit hugo. Triplex est genus sacrificii. Unum divini corporis. alterum contritionis cordis. tertium mortificatione carnis. Oportet precedere sacrificium humilitatis in mente. et afflictionis in carne. ut habeas devotionem in divini corporis consecratione. hoc hugo. Vultum namque vestis hanc salutaris hostia ad delenda peccata si fuerit cum cordis contritione vel lacrimarum effusione oblata. Unde beatus gregorius. Singulariter namque ad absolutionem nostram oblata cum lacrimis et benignitate mentis sacri altaris hostia suffragatur. quia in se resurgens

a mortuis iam non morit. adhuc per
hanc in suo misterio, p nobis itez pa
rif. nā quociens ei hostiam sue passio
nis offerimus. totiens nobis ad abso
lutōem nāz passionē illius repamus
lauare g lacrimis maculas pctōz. ele
mosinis tergite. sacris hostijs expiare
Hec gre. Debet g quilibet sacerdos in
quocūq; gradu vel religione existat cū
timore et reuerentia ad tm misterium
huius sacramenti celebrandū et sumē
dū accedere. vt p hoc salutē psequi va
leat aīe sue **Ad** qd horat beatus augu.
sic dicens **A**nimaduertite vos sacerdo
tes cū quanta puritate timore et reue
rentia debeat accedere ad illud sacri
ficium. ad qd xps accessurus pati vo
lens sanguinem sudauit. in quo sacri
ficio ipse sacerdos est et sacrificiū mira
biliter et ineffabiliter. **Hec augu.** Et no
tandum q potestas sacerdotū et digni
tas valde excellens est. nā fm beatum
berñ. **C**redimus q nō est potestas post
deum sicut potestas vā. **O** vos sacerdo
tes a deo vobis pcessa est **Q** inquit ve
nerāda sacerdotū dignitas intra quo
rū manus velut in vtero marie dei filii
us incarnat qd p vos pater et filius et
spū sanctus mirabiliter operat. **S**up
hoc taz insigni pūuilegio vestro super
celū. terra mirat. horret infernus. con
tremiscit diabolus. veref homo. vne
rat angelica creatura. q vno eodēq;
momento deus ipse qui p̄fider in celo
in manib; v̄is est in sacrificio. **O** ve
nerabiliū sanctitudo manū. **O** felice
exercitiū. **O** vere mūdi gaudium. vbi
yma summis p̄iugunt. cū xps tractat
xpm. s. sacerdos dei filium cuius deli
cie sunt esse cū filijs hoīm. **Hec berñ.** Ex
quib; colligit quantā dignitatē deus
p̄tulit sacerdotib; quā etiaz tangit
idem beatus berñ. sic dicens. **Q** quan
tam dignitatē p̄tulit deus sacerdotib;

quanta est p̄rogatiua sacerdotalis ordi
nibus. p̄tulit em̄ eos regib; oib; et p̄p̄
cipib; terre p̄tulit ordinē hunc sacer
dotalē oib; hoīb; .imo vt altius lo
quat p̄tulit eū angelis archangelis
thronis dñationib; oib; q; angelicis
ordinib;. **Hec berñ.** **N**ec nimirum q; sa
cerdos cū sit homo et creatura creatorē
suū quodāmodo creat. qñ officium misse
pagit et celebrat. **U**n idē d̄t ille qui cre
auit me dedit mibi creare se. qui crea
uit me sine me creat mediante me. **Hec
berñ.** **C**um igit tam magne dignitatis
et excellētie sit ordo sacerdotalis si ip̄s
ordinē sacerdotes officiū misse sacro
sanctum celebrando mō debito et con
gruo executi fuerit. **S**ic viceuerfa ma
gni criminis est et de decoris si quod ab
sit sacerdos indigne tractat corpus no
stri saluatoris **Q**uod clarius tangit be
atus berñ. sic dicens. **O** sacerdos os
tuum quotidie efficitur sepulcrum xpi
quō ergo ex ore tuo egredif falsitas. p
quod ingredif veritas. quomodo ocu
li tui respiciunt vanitatem. qui respici
unt veritatem. quare manus tue ad
illicita extendunt. que tenent tenentē
oīa. quomodo te ingurgitas ebrietate.
qui semp̄ plenus esse debes sobrietate.
Hec berñ. **S**ed quod peius est sunt peb
dolo; nōnulli sacerdotes. qui postposi
to timore se tradunt incontīentie et lu
xurie. et tamen p̄sumunt ad xpi men
sam accedere eiusq; sanctū corpus pol
lutis manib; tractare ac immūdo fume
re. **A**udiant hi quid de eis narrat bea
tus aug. sic dicēs **S**i sacerdotib; v̄is
fuerit incontīentie et libidinis iuxta fi
liū v̄ginis statuet in altari ydolū vne
ris. et cū p̄fert verba canonis os eius
plenus est amaritudine et dolo et q̄uis
oret cum labijs. tamen expuit in faci
em saluatoris et cum p̄sumit sumere
dñicū corp; i os pollutū melius ei cēt

et minus peccaret si illud proijceret in
 lutum. hec aug. Et beatus bern. de eodē
 sic ait. Turpissimū est manus deo di-
 catas et sacro crismate consecratis pudē-
 dis ingerere mulierem et post hoc corpus
 dñi sanctissimū euz eis tangere. **Q**uod
 temerariū. quod ne phandū est pollutis
 manibz filiū tractare dignis. et immū-
 dis osculari labijs et ore sordido sume-
 re. **Q**uemēs nō rapit ad excessum. quō-
 oculus nō erubescit. cuius auditus nō
 reueret. ubi mundi salus pñcipit in ster-
 quiliniū. in os videlicet indigne sumen-
 tis. **T**ales sacerdotes indigne corpus
 dñi tractantes et sumentes magis deli-
 quant quā hi qui eū crucifixerunt in ter-
 ris. quod illi semel eū crucifixerunt. Illi
 vero quantū in eis est quotidie crucifi-
 gunt. **U**nde itez beatus aug. in psona
 dñi dicit. **P**eccator tu sacerdos indi-
 gne tu me amplius affligere noli pec-
 catis tuis. plus enim me ledit vulnus
 peccati tui quā vulnus lateris mei. **X**
Item idē. **M**agis delinquunt qui ias
 regnantē in celis ptemnunt. s. indig-
 ne tractantes et sumentes corpus xpi.
 quā qui crucifixerunt eū ambulantes in
 terris. nō quasi crucifixoze. sed qua-
 si ranti sacramenti indigni pfectoze. et
 presumptuosi pceptoze. quod illi se-
 mel crucifixerunt. isti vero quātum in
 eis est eū quotidie crucifigūt indigne
 tractantes et sumentes. **E**t beatus am-
 bro. **Q**ui indigne sumunt corpus xpi
 idem est ac si interficiant. hec ambros.
Non solū aut qui in sacris ordinibus
 sunt pstituti. ver etiam oēs fideles dñt
 magnam diligentia et studiū adhibere
 ne vnq̄ indigne et maxime in peccatis
 mortalibz accedant ad sacrosacm xpi
 corporis sacm. quod tales per hñōi in-
 dignā sumptōem totā trinitatē inhō-
 rant. **U**n̄ beatus amb. **H**oc pollutus
 ois in cor accipiat quod nō solū corpus

xpi impie lacerat. sed totam trinitatē
 coadunatā corpi atrociter inhonorat.
Et vt dicit beatus bern. **D**e hōi illi cui pp-
 ter pctā sua salus mundi iudicium est.
 cui vita mors est. cui absolutio damna-
 tio est. cui grā ira est. cui calix ppiciati
 omis vas est indignatōis. hec ber. **N**ā
 qui indigne corpus et sanguinē sump-
 serit iudiciū sibi māducat et bibit. **U**n̄
 cassia. **Q**ui carnalibz oblectatus quod
 tidie voluptaribz fuerit et dulcedie. ip-
 sumq̄ cibū sumpserit scē eucaristie in
 damnatōem sibi et iudiciū sumit pena-
 litatis eterne. nec mir. quod vt dicit beatus
 aug. **C**ristū pculcat qui libere peccat. et
 qui eum absq̄ timore indigne pcepit.
Talis aut homo pnt dicit hilarius de
 um ad vindictā pccat. sanctosa se fu-
 gat. hostē suū letificat. suam vitā ab-
 breuiat. corpus xpi indigne lacerat et
 manducat. hec hila. **N**on solū aut hec
 mala sed etiā alia quā plurima indigne
 accedēs ad sacm corporis xpi incurrit.
Indigna namq̄ cōiō hōiem peccatis
 illaqueat. damnatōem pparat. pñm
 scandalizat. mentē execat. temptatō-
 ni subiugat. deū iritat. vitā tempalez
 breuiat. gratuitis et eternis bonis spoli-
 at. **D**e his dicit per singula in ps **F**iat
 mensa eoz coram ipsis in laqueuz. ec-
 ce pñm. et in retributiones. ecce sex-
 cundum. et in scandalum. ecce terciū
Obscurent oculi eoz ne videant. ecce
 quartum. et dorsum eoz semp incurua
 ecce quintum. **E**ffunde super eos irā
 tuam. ecce sextum. **F**iat habitatio eoz
 deserta. ecce septimū. **E**t in tabernacu-
 lis eoz non sit qui inhabitet. ecce octa-
 uū **C**um ergo tot mala indigne tractā-
 tes vel sumentes corpus dñi incurrit.
 necesse est sm aplm vt vnusquisq̄ se p-
 bet et examinet qualiter ad illud terri-
 ficum sacrificium digne accedat.

Filius.

Adito igitur piculo indagine tractantium ac percipientium corpus dominicum. nunc de fructu et utilitate quam assequuntur hi qui in statu gratie illud sacrosanctum corpus christi percipiunt cupio informari.

Ca. .XXIII. **A**

Hoc precipue sci

re debes quod anima nullam salutem assequi poterit sine huius salutiferi cibi christi corporis viz digna sumptione. Teste remigio qui dicit nulla est nobis salus corporis et anime absque carnis et sanguinis susceptioe. in hoc enim sacramento ut dicit richardus de sancto victore. tota salus consistit fidelis anime. quod omnem gratiam quam habet homo. mediante christi sacramento illi tribuitur. Unde dicitur. De donum celestis gratie sancta eucharistia tribuitur mediante. Unde notandum quod dominus noster declarare volens magnam caritatem quam erga nos habet non solum ad videndum sed etiam ad palpandum et comedendum seipsum nobis tribuit. Unde crisostomus. Hoc fecit christus docens nos ad maius amicitie sedus suamque caritatem declarans erga nos. prestans se non solum videri desiderantibus sed et palpanti comedere et amplecti. hec crisostomus. Tractare autem et manducare corpus christi est vitam eternam habere. Unde ipse dominus dicit panis quem ego dabo. caro mea est pro mundi vita. Et bene dicitur vita. sicut enim vita naturalis est in membris eo quod vniuntur capiti a quo recipiunt in fluentiam sensus et motus. sic in fidelibus qui sunt membra christi vita spiritualis conseruat eo quod vniuntur capiti christo per hoc amoris sacramentum. Bene autem dicit mundum quod alia sacramenta solum perficiunt ipsi recipienti. solus enim baptisatus recipit gratiam baptismalem et non alij. Sacramentum autem eucharistie non solum

perficit sacerdoti sumenti sed etiam toti ecclesie etiam illis qui sunt in purgatorio. Et ratio est quod eucharistia non est tantum sacramentum sed et ecclesie sacrificium in quantum pertinet christum passum. Et ideo dum offertur ab ipso sacerdote perficitur omnibus christifidelibus. si autem sumatur alio modo sicut a layco tunc solum perficitur sumenti. quod officium eius est non offerre sacrificium sed tantum sumere sacramentum. Sequitur. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet vitam eternam. post hanc vitam. aut potest dici habet vitam eternam etiam in presentia. sicut enim cibum corporalis non solum nutrit et conseruat vitam. sed deducit etiam ad perfectam quietatem sicut sumens sacramentum perducit hominem ad gratie summationem que est gloria eterna. Et hoc est quod dicitur. Qui manducat meam carnem non tantum sacramentaliter sed etiam spiritualiter percipiens effectum sacramenti habet vitam eternam quod habet deus inhabitantem qui est vita eterna. Ad hoc etiam in presentia vita parua uultus est hec mensa cum in illa sumatur hec eucharistia. que quidem liberat a malo ac conseruat in bono. delet venialia cauet mortalia. huius etiam virtute sacramenti vniuersae virtutes augetur. et omnium gratiarum fructus exuberat. **U**bi sciendum quod eucharistia sacramentum est vniuersum quod per eius susceptionem omnes efficiuntur vni in christo. Et ideo bene spiritualis manducatio vocatur comunio per ipsam namque sanctam comunione quasi membra incorporamur christo. Unde dicit damascenus. Propterea comunio dicitur et est vere quod comuniamus et comunicamur ad inuicem per ipsam christum. et percipimus carne et veritate quod ex vno pane assumimus omnes vnum corpus et vnum sanguinem et membra generamur incorporati christo. hec damascenus. Unde primus et principalis eius effectus eius iam

vntū corpi cristi mystico p caritatē
 magis vnire. magis at vnire est tripli
 citer. quia aut quis vnitur maiori vin
 culo vt ille magis qui habet maiore ca
 ritatem aut qz eodē vinculo vnti stric
 tus vt ille qui scōz eundē habitū fer
 uentius amat aut qz eodē firmiter vt
 ille qui in eodē habitu est magis ra
 dicatus. **Dicit ergo hoc sacramentū**
 magis vnire qz digne accedētem red
 dit feruenciozem. **Et ex hoc qz reddit**
 caritatem magis ignitam. adiuuat ad
 psumēdum peccati venialis rubiginē.
Et ex hoc qz magis firmat adiuuat ad
 vitādū omnia scelera et recte adiutorū
 vntū vnūqz valet ad augmentū virtu
 tum et maxime caritatis. feruor ei ca
 ritatis. quotidie minuit p malia.
 ideo oportet p hūc cibū restaurari p
 dicit. **hec etiam esca spiritualis i illis**
 qui salubriter percipiūt eā et sensum
 munit ab illicitis et in grauioribz pec
 caris custodit omnino a consensu. **Un**
 cū aliquis rarius solito vel mirius sen
 tit motus vicioz gratias agat huic sa
 cramento. qz hoc opaf in ipso. **C**
De hoc bea. ber. sic dicit. Duo sacramē
 tum corpi dñi opaf in nobis. vt vi
 tellet sensum munit. et in grauioribz
 oribz peccatis tollat oīno sensuz. **Et**
 bi gratia. **Si quis nostrū nō tam cre**
 bros vt solebat nec tam acres sustinet
 ita cū die motus inuidie luxurie ac ce
 teroz vicioz. gratias agat corpi et san
 guini dñi nostri. qm virtus sacramēti
 opaf in eo. **hec ber. Naz post h? cibi sa**
 luberrimi perceptōnem fit homo mā
 suetioz ad correptōz. potencioz ad la
 borē. feruencioz ad deuotionē. ac deu
 tior ad ceterarū virtutū opacōz. effec
 tū aut et virtutē h? sacrosancti sacramē
 ti sic dicit beatus **Ber. Corpus cristi ē**
 pegrinantibz dieta. egrotis medicia
 debiles pfortat. valentes delectat. **lāg**

uores sanat. sanitatē pseruat. fit homo
 mansuetioz ad correptōz. porē cior ad
 laborem. ardentioz ad amorem. sagat
 rior ad cautelam. ad obediētiā promi
 or. ad gratiaz actōz deuotioz. **hec ber.**
Igitur accedamus ad hūc spūalē ci
 bū qui est panis vite et cor hominis in
 oī bono pfirmat et remissionē peccato
 rū pstat **De quo yfido. ait. hic cib? nō**
 corpus ipīgnat s? cor hoīs cōfirmat.
 hic est panis vite qui ergo vitā mādu
 cat. mori nō pōt. accedite igif ad euz
 et saturemī qz pāis est accedite ad eū
 et illuminamī qz lux ē. accedite ad eū
 vt liberemini. qz vbi spūs dñi ubi liber
 tas. accedite ad eū vt absoluamī quia
 remissio peccatorum est. **hec yfidorus**
Et sciendū qz sicut filius recipit vitaz
 a patre sic qui vnitur cristo p corpi
 illius pceptōnem habet vitaz a cristo
 sed differenter **De quā differētia tho**
 mas super iohāne sic ait. **Filius p p**
 vnitatem quā habet a patre recipit vi
 tam a patre. ergo qui vnitur xpo habz
 vitam a cristo sed differenter. nā fili?
 habet pprium qz sic est a patre qz tam
 recipit totam plenitudinē diuine na
 ture intrī qz quicquid est naturale pa
 tri sit etiaz naturale filio. **Creatura ve**
 ro accipit aliquā pfectōz et vitam pri
 cularē. id est participatā nō autē es
 sentialem qd ipm est vita in quolibet
 aut genere rez qd est p essenciā est cau
 sa eoz que sunt per participatōz sicut
 ignis est causa oīm ignitoz. **Qd igif**
 per essenciam est vita. causa est et prin
 cipiū oīs vite. **Sicut igif pater pāa**
 causa est vite viuenciu. ita et filius. qz
 autem dicit. **Sicut misit me viuēs pa**
 ter loquitur d processione sua a patre
 cum vero dicit **Qui manducat me et**
 ipse viuet ppter me. loquit de participati
 one corpi et sanguinis sui q nos effi
 cimus meliores **hec Thomas.** **D**

Considerandum est etiam ut ait Dugo
 q̄ sapia ac creatura vicz x̄pus ihesus do-
 minus hoster qui sem p̄visibilia ma-
 nifestat voluit ostēdere quō ipsa aniarū
 cibus et refectio est. Et p̄pterea carnes
 assumptā nobis in edulū p̄posuit i sa-
 cramento ut p̄ cibū carnis ad gustū in-
 vitaret diuinitatis. Hec bugo. Igitur
 ihesus x̄pus in sacramēto verus cibus
 ē. et vere gustabilis. ut p̄ gustū corpis
 eius pueniat ad gustū diuinitatis ei?
 qz ipsa est via sc̄dm humanitatē ad ei?
 diuinitatē. Sūme autē necessarius est
 ad hoc ut ad gustū intime diuinitatis
 p̄tingatur p̄ corpus cristi in sacramen-
 to. q̄ sensus corpalis aliquo sensibili
 signo determinet et foueat. et intellec-
 tus lumie sup̄naturali fidei p̄fortetur
 et voluntas caritate inflamet. et sic
 per manducatoz corpis cristi sp̄uales
 ad gustū abscondite diuinitatis prin-
 gatur. Unde dñs dicit. Ego sum hostiū
 vicz sensui corporali p̄ signa sēnsibilia
 monstratū. Ego sum hostiū intellectui
 p̄ fidem rectā referatū. Ego sum hosti
 um voluntati p̄ caritatem feruidā ap-
 tuz gustatū et inhabitatū. Ego inquit
 dñs sum hostiū scz sensui corporali p̄ sig-
 na sensibilia monstratū in sacramen-
 to scz p̄ sensibiles sp̄s sacramētales
 panis et vini. **E** Unde dicit Dugo
 Ne humana infirmitas contactū car-
 nis in sumptione horretet ideo sub cō-
 sucti edulij sp̄em illam velauit in sum-
 ptōe corpis et sanguinis x̄pi ex diuini-
 tate x̄pi et etiā intellectus credendo et
 affectus diligēdo determinate dirigere-
 tur ad cibū quem pater signauit sub
 sp̄ibus panis et vini. que etiam signat
 perfectōz esse et sic sumendam p̄posuit
 ut sensus in vino foueret et fides in al-
 tero edificaretur. refouentur em̄ sen-
 sus in vino duz solita tantum et p̄suetā
 perceperit. Edificat autē fides in alte-

ro. dum in eo qd̄ videt quale sit illud
 quod nō videt agnoscit. Hec bugo.
Ego sum hostiū intellectui p̄ fi-
 dem p̄fectam referatū. vñ crisostomus.
 in tractatu d̄ simbolo sic dicit. Fides
 est lumen anie. ostiū vite fundamētuz
 vite eterne. Et ysaie septio fm̄ vnay
 translatoz dicit. Nisi crederitis nō in-
 telligētis. Ergo p̄ fidem intratur ad
 veritatis p̄gnitionem. Et augu. sup̄ io-
 hānē dicit. Noli intelligere ut credas
 sed crede ut intelligas. Intellectus ei
 est merces fidei. Fides mūdet te ut in-
 tellectus repleat te. Hec Aug. Intellec-
 tus em̄ humanus sine radio fidei cre-
 ca diuina q̄si cecus est. Un̄ ip̄ossible
 ut intellectus intelligat corpus x̄pi ut
 existit sub sp̄ibz sacramētalibz nisi lu-
 mine sup̄naturali certissime fidei illu-
 mine et dirigat. alias non viderit ri-
 uulos fidei butiri et mellis. **A**it iob
 qd̄ exponens bea. gregori. mora. vñ
 Buriz nascit̄ ex carne et signat x̄pi hu-
 manitatē. **N**el vero descendit ex aere
 siue roze et significat x̄pi diuinitatem.
Et his duobz fluūt riuuli p̄replatoz
 humanitatis et p̄templatoz diuinita-
 tis quos solū fideles in tanta plenitu-
 dine quibz p̄cipiūt ut videant qd̄ dice-
 re nō valeant. attingit em̄ fides in acce-
 sa. ait Bern̄ sup̄ cantica qz p̄ fidē in-
 tellectus illuminatus et p̄fortatus attingit
 hāc veritatem indubitatē qz x̄ps
 vere est in sacramento et veritas vere in
 x̄po. Un̄ huius sacramēti misterium
 nō nūq̄ dat agnosci quozdā de uo-
 tis cordibz et si nō sp̄ tñ quibz ex sp̄iali
 gratia. ut quodā mō ineffabiliter p̄ci-
 piant veritatem huius sacramēti p̄
 gratiā eis infusam. p̄ quā congnoſcit
 q̄s huius ineffabilis sacramēti veriſi-
 mā existentiā et presentiā ut p̄ tunc fi-
 des quodā mō actualiter cessare vide-
 atur et res putet̄ transisse in verā p̄fect-

tamq̄ p̄gnitōz. In hac aut̄ felici hora
cū talis mirifica p̄gnitō cor possederit
homo deuotus in magnā p̄punctiōz et
deuotionē rapit. Nā si peccator aliqui
fuit p̄ suis excessibz in lacrimas resolu-
uit. q̄z suū iudicē et qui iudicat uiuos
et mortuos principaliter in hoc sacra-
mento adesse sentit. Si uero aliquis
minus excessit uel ea que p̄misit per lō-
gā penitentiā sufficienter deterfit ac-
cepta fiducia de speremē et de introitu
celestis patrie in magnā anī exultatō-
nem et feruidā deuotionē cordis exur-
git et inardescit. q̄z illū in hoc sacramē-
to adesse p̄gnoscat. qui uita et gloriā
eternā suis dilectoribz post hāc uitaē
dare p̄sueuit. Et quanto quis corde et
corpore mundioz fuerit et in religiosa
uita p̄fectior tanto habundācius huius
uisuū gratia p̄sueat. hoc tñ non scōz
p̄munē cursū sit cū oīm sciāz elemen-
ta et p̄cipia hęc excedat p̄gnitō. Nec
etiā ip̄s quidē carissimis hęc gratia
semper adest dō melius eis p̄ fidei p̄ci-
pia. p̄uidente sed solū interdū cum
uis anī ad sup̄na rapit et ad celestia
miseria p̄gnosca eueniat. p̄tunc
diuina gratia hęc uol̄ his similia digna-
tur mōstrare. que reuelat occulta et ad-
inuisibilia et archana secretorū dei ex-
tollit. a quibz tñ cū auulsus fuerit eue-
nit. rē sequit̄ ego sum hostiū uo-
luntati p̄ caritatē feruidā aptū gusta-
tū et inhabitatū. q̄z qui manducat car-
nē meā et bibit sanguinē meum in me
manet et ego in eo. hęc aut̄ manducatō
fit sp̄ualiter. māducare itaq̄ sp̄ualit̄
est attingere ad rem huius sacramēti
¶ Res aut̄ huius sacramenti ē du-
plex. q̄z una cōtenta et significata et hęc
est xp̄s integer qui p̄tinet sub sp̄ibus
panis et uini. Alia est res significata et

non p̄tenta et hęc est corpus xp̄i mysticū
quod est ecclesia. Ille igit̄ manducat. spi-
ritualiter qui xp̄o p̄iungit p̄ fidē et ca-
ritatez. Fides aut̄ p̄tinet ad p̄gnitōz ca-
ritas ad refectōz. ideo etiā unitur cor-
pori xp̄i mystico sepe eccie. Ex ista autē
manducatōe oritur attingentiā sp̄ual̄
alias xp̄o nō incorporarem. dū carnē
eius gustamus. De ista incorporatōe
bea. aug. sup̄ iohānē sic dicit. O sacru pi-
eratis. o signū unitatis. o uinculū cari-
tatis. qui uult uiuere accedat credat i
corpore ut uiuificet. Et hugo de san-
cro victore. sup̄ septimo āgelice ieiari-
chie sic dicit q̄ ista manducatio dicit̄ uiui-
ficatō est q̄z unū secū efficit omēs qui-
bus se p̄bet sumendum. Dicat igitur
manducans illud. Cān. quinto Come-
di fauū cū melle meo. Fauus sicut di-
cit origenes. Est cera uirginea cellulā
distincta melle repletis igit̄ quid est a-
liud comedi fauū cū melle meo nisi
māducaui corpus uirginee carnis dō-
cissima diuinitate repletū. et sic p̄ gu-
stum humanitatis puenit ad gustum
diuinitatis. Un̄ quisquis est religio-
sus et huius sacramenti saporem tibi
inexpertū experiri desideras. cura ani-
mam tuā prius abstrahere a negociis
secularibz a uicis et carnalitatibz. ut
eius sumptōz p̄cedat. p̄funda p̄reitō et
pura p̄fessio. Item q̄ actualis deuotō
potius te trahat ad hoc sacramentum
q̄ indulta consuetudo. Ardētissimis
etiā affectōibz ac sanctissimis medita-
tōibz tanq̄ rosas rubescētibz et lilis al-
bescentibz hospiciolū cordis tui ad or-
na et thalamū tanto sponso peruerā pa-
cem cordis p̄para. Et cū p̄sentē suscep-
eris intra cordis brachia ip̄m recla-
per exclusionē omnis terreni et carnal-
amoris et inclusionē sponsi celestis ut
merearis uniri cū ip̄o et uidere et gusta-
re q̄ suauis est dñs. Felix qui hoc gu-
stet. .ij.

fitu interno percipere meruit. qui hoc per
 veram experientiam magis quam per verba vel
 scripta percipit. In hac felicitatione
 si processa fuerit de super ineffabilis pau-
 satio raptiva preplatō et inusitata fru-
 ctio illius summi et vere patris boni. que
 etiam sursum trahat ad puram preplati-
 onem dilecti pauli per transmigrare faci-
 at. gratias referat homo bonarum omnium
 largitionum nec se verbis effundat. sed se-
 cretum secrete teneat. et cum profundo cor-
 dis gemitu in hanc vocem erumpat et dicat
 vere tu es deus absconditus. Et quod oculus
